e-codices

qui in bonis quę facit non retributionem inte
rius · sed exterius fauorem querit ·
Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua ·
Ideo inquit omne gaudium uos existimare
oportet · cum in temptationes uarias inciden
tis · quia et omnis qui aduersa humiliter pro domino suf
fert · sublimi ab illo regni premia percipiet ·
Diues autem in humilitate sua · subaudis a su
periori uersu · glorietur · quod per irrisionem
quę greco sermone ironia uocatur dictum esse constat ·
Quoniam sicut flos foeni transibit · Flos foeni et
odoratu delectat · et uisu · sed citissime gra
tiam sui per uentum flatus et suauitatis amittit ·
Ideo quia huic rectissime presentium impiorum feli
citas assimulatur · quę diuturna esse nulla ratione
ualet · Exortus est enim sol cum ardore · Ardore

Lizenz: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 262, p. 10 – Beda in epistolas canonicas (http://www.e-codices.ch/de/csg/0262/10)